Fragmentarium

Gn 40,4

tradidit eos ioseph. qui & ministra
bat eis; Aliquantum temporis
fluxerat. & illi in custodia tene
bantur; Videruntq; ambo somni
um nocte una. iuxta interpre
tationem congruam sibi; Ad quos
cum introiss& ioseph mane & ui
diss& eos tristes. sciscitatus est
dicens; Cur tristior est hodie soli
to facies uestra; Qui responderunt;
Somniū uidimus. & non est qui int
pr&&ur nobis; Dixitq; ad eos ioseph;
Numquid non dī est interpr&atio.
refeste mihi quid uideritis; Narra
uit prior praepositus pincerna
rum somnium; Videbam coram
me uitem in qua erant tres propa
gines. crescere paulatim gemmas.
& post flores uuas maturescere;
Calicemq; pharaonis in manu
mea; tuli ergo uuas & expressi
in calicem quem tenebam. &
tradidi poculum pharaoni;
Respondit ioseph; haec est interp
tatio somnii; Tres propagines.
tres ad huc dies sunt. post quos
recordabitur pharao magis
terii tui. & restitu& te in gradū
pristinum. Dabisq; ei calicem
iuxta officiū tuum. sicut fa
cere ante consueueras; Tantū
in memento mei cum bene tibi fu
erit. & facies m&cum misericor
diam. Ut suggeras pharaoni.

ut educat me de isto carcere.
Quia furto sublatus sum d& ter
ra hebreorum. & hic innocens
in lacum missus sum; Videns
pistorum magister quod pruden
ter somnium dissoluiss&. ait;
Et ego uidi somnium. quod habe
tria canistra farine super caput
meum. Et uno canistro quod erat
excelsius portare me omnes
cibos qui fiunt arte pistoria.
auesq; comedere ex eo; Respon
dit ioseph; haec est interpr&a
tio somnii; Tria canistra. tres
ad huc dies sunt post quos aufe
r& pharao caput tuum. ac
suspend& te in cruce. & lacera
bunt uolucres carnes tuas; Exin
dies tertius natalicius phara
onis erat. qui faciens grande
conuiuium pueris suis. Recor
datus est inter epulas magis
tri pincernarum. & pistorum
principis. Restituitq; alterū
in locum suum. ut porriger&
regi poculum. alterum suspen
dit in patibulum. ut coniecto
ris ueritas probar&ur. Et
tamen succedentib; prosperis.
praepositus pincernarū obli
tus est interpr&is sui; Post
duos annos uidit pharao som
nium; Putabat se stare sup
fluuium de quo ascendebant

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 4v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73624)